



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 6. An Communio præscribatur omnibus lucraturis Jubilæum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

digniora fiant : Aliis è contrario ,  
postponere, ut omnia opera injuncta  
ad sacram Communionem dispo-  
nant; qua suscepta, securius indulgen-  
tia obtineatur.

Quod ergo curare debet lucrari  
cupiens Jubilæum, potissimum est, ut  
liber à peccato mortali , omnia ope-  
ra injuncta exequatur. Quare, si mor-  
tali gravatum se sentiat , expedit an-  
te omnia confessionem præmittere ,  
& postmodum reliqua exequi , ut vi-  
delicet ea perficiat in statu gratiæ: sic  
enim erunt illa meritoria & satisfac-  
toria , habebuntque majorem vim  
impetrandi , ac denique certio-  
rem reddent de impetrandâ ipsâ In-  
dulgentiâ.

Q. 6. An Communio præscribatur om-  
nibus lucraturis Jubilæum ?

R. Affirmativè. Unde qui ob æ-  
tatem, ut pueri, vel ob aliud impe-  
dimentum, v. g. tussim, vomitum,  
&c. communicare non possunt ,  
egent commutatione. Non igi-  
tur

198 P. 3. De Jubileo extraordinario.  
tur satisfacerent pueri per commu-  
nionem spirituales, nisi hæc subro-  
gata esset à potente commutare; ut  
rectè observat Dianap. 5. tr. 12. R. 17.  
cum Fausto, contra Fernandez &  
Zanardum.

Rectè etiam monet Layman l. 5.  
tr. 4. c. 4. n. 3. post Henriquez l. 8. c. 42.  
pueros tempore Jubilæi faciliùs ad-  
mittendos esse ad sacram Commu-  
nionem, ritè instructos.

## SECTIO VIII.

### DE COMMUTATIONE, ET PRORO- GATIONE OPERUM PRÆSCRI- PTORUM.

QUÆST. I. *Quis possit commutare,  
& prorogare?*

R. 1. Non potest quis propriâ au-  
thoritate ullum ex operibus præscri-  
ptis commutare in aliud, etiam me-  
lius; multò minùs prorogare. Patet  
ex Bullis, & ex Praxi.

R. 2. Potest Confessarius approba-  
tus juxta dicenda *Seçt. sequenti*; sed

non